CAPITVLVM III

MARCUSNE PUER IMPROBUS EST?

Salve, Iulia! Esne Graeca an Romana? Romana sum, quia Romae habito. Habesne fratres sororesve? Duos fratres habeo, sed nullam sororem. Qui domi tuae habitant? Parentes et fratres et magnus numerus servorum. Quot annos natus est pater tuus? Quadraginta annos natus, credo. Et mater tua? Tantum triginta annos nata. Et tu? Quinque annos, sed fratres mei Marcus et Quintus maiores natu sunt quam ego.

Iulia, filia Iulii et Aemiliae, tristis non est, sed laeta; ea et cantat et ridet. Marcus, frater Iuliae, laetus non est, sed tristis; is nec cantat nec ridet. Marcus iratus est et Iuliam pulsat. Nunc Marcus ridet et Iulia plorat. Quintus, frater Marci Iuliaeque, Marcum videt et interrogat: “Marce, cur Iuliam pulsas? Cur sororem nostram pulsas? Marcus non respondet. Quintus Aemiliam matrem vocat: “Mamma! Marcus Iuliam pulsat et Iulia plorat”.

Aemilia eum audit et venit et Quintum interrogat: “cur tu me vocas?”. Quintus respondet: “quia Marcus sororem meam Iuliam pulsat”. Aemilia mater Marcum quoque interrogat: “Marce, cur sororem tuam pulsas? Tu puer improbus es, quia puellam parvam pulsas”. Marcus respondet: “ego Iuliam pulso, quia illa bene non cantat, sed male cantat”. Aemilia, mater Marci, eum pulsat, quia irata est. Aemilia eum quoque verberat, quia is puer non probus, sed improbus est. Nunc Iulia iam non plorat, sed ridet. Marcus autem iam non ridet, sed plorat.

Iulius, vir Aemiliae, venit, sed ea virum suum non audit, quia Marcus plorat. Iulius Quintum videt et eum interrogat: “cur Marcus plorat?”. Quintus, qui patrem suum videt, respondet: “mater Marcum verberat, quia is parvam Iuliam pulsat”. Aemilia, quae virum suum iam quoque videt, dicit: “Marcus,

filius tuus, improbus est, quia sororem parvam suam pulsat. Puer, qui puellam parvam pulsat aut verberat, improbus est".

Iulius Marcum vocat. Quem vocat Iulius? Iulius filium suum vocat et eum interrogat: "Cur tu id facis, Marce?". Marcus, qui plorat, patrem suum, quem videt et audit, respondet: "pater, laetus non sum, sed tristis, quia sororem parvam meam pulso. Puer autem improbus non sum, sed probus, quia sororem meam, quam video, diligo et amo". Post verba Marci, Iulius iam non pulsat filium suum, quia is eum diligit et amat. Tandem mater et pater et liberi non tristes sunt, sed laeti. Omnes cantant et rident.

1. Haga la lectura compresiva del texto.

2. Relacione los nombres propios de la izquierda con lo que de ellos se dice en la columna de la derecha:

- *Iulia*
- *Aemilia*
- *Iulius*
- *Marcus*
- *Quintus*

- *Mater, quae filium suum improbum pulsat.*
- *Et cantat et ridet.*
- *Pater, quem filius vocat.*
- *Non probus, sed improbus est.*
- *Probus est, quia sororem suam non pulsat.*
- *Virum suum non videt.*
- *Matrem suam vocat, quia frater sororem pulsat.*

3. Traduzca al latín las frases siguientes:

3.1. *En mi casa viven mis padres, cinco hermanos, dos hermanas y tres esclavos*.

Domi meae, mei parentes et quinque fratres et duae sorores et tres servi habitant.

3.2. *Hola, ¿cómo te llamas? Paulus. ¿Cuántos años tienes? Cinco sólo. ¿Cuántos hermanos tienes? Tres hermanos y tres hermanas.*

Salve, quid est nomen tibi? Paulus. Quot annos natus es? Tantum quinque annos. Quot fratres habes? Tres fratres et tres sorores.

Tantum: solamente

4. Conteste en latín a las preguntas siguientes:

4.1. *Quem pulsat Marcus*? *Qua de causa?*

Marcus Iuliam pulsat quia Iulia/ea male cantat

4.2. *Quid Quintus facit cum Marcum pulsare Iuliam videt?*

Quintus Aemiliam matrem vocat

4.3. *Cur Aemilia Marcum pulsat?*

Aemilia Marcum pulsat quia Marcus sororem parvam pulsat

4.4. *Cur mater Iuliae virum suum non audit*?

Mater Iuliae virum suum non audit quia Marcus plorat.

4.5. *Quem vocat Iulius?*

Iulius Marcum vocat

4.6. *Quid femina Iulii eum dicit cum virum suum videt?*

Aemilia Iulium/eum dicit: "Marcus, filius tuus, improbus est, quia sororem parvam suam pulsat. Puer, qui puellam parvam pulsat aut verberat, improbus est".

4.7. *Quid Marcus patrem suum respondet?*

Marcus respondet: "pater, laetus non sum, sed tristis, quia sororem parvam meam pulso. Puer autem improbus non sum, sed probus, quia sororem meam, quam video, diligo et amo".

4.8. *Marcusne probus an improbus est? Quid censes?: Que piensas*

Marcus improbus est quia is suam sororem pulsat.

Marcus probus est quis ille/is amat suam sororem.

5. *Verumne an falsum? Et si falsum qua de causa?*

5.1. *Iulia, serva Iulii et Aemiliae, laeta non est sed tristis*.

Falsum. Iulia, filia Iulii et Aemiliae, laeta non est, sed tristis

5.2. *Aemilia Iuliam pulsat et ea ridet*.

Falsum. Aemilia Marcum pulsat et Marcus7is plorat.

5.3. *Marcus improbus est, quia puellam parvam pulsat*.

Verum

5.4. *Aemilia, femina Iulii, eum vidit et plorat*.

Falsum. Aemilia, femina Iulii, eum non audit quia Marcus plorat

5.5. *Quem vocat Iulius? Iulius servum suum vocat*.

Falsum. Iulius filium suum vocat

5.6. *Iulia maior natu est quam fratres*.

Falsum. Marcus et Quintus maiores natu quam Iulia sunt

Iulia non maior natu est quam fratres

6. Complete los huecos con la terminación correcta:

6.1. *Quem pulsat__ Aemilia? Aemilia filium__ suum__ pulsat__.*

6.2. *Puer improbus__ es, quia puellam__ parvam_ pulsas__.*

6.3. *Sororem meam__ diligo__ et amo__.*

6.4. *Post verba Marci*, *Iulius__ filium__ suum__ iam non pulsat__. Omnes cantant__ et rident_.*

6.5. *Puer probus__ puellam__ parvam__ non pulsat__, sed amat__.*

6.6. *Quot fratres___ habet__? Tres fratres___ et duas sorores___ maiores___ natu quam illam*.

7. Analice y traduzca los sustantivos siguientes: *filius*, *filium*, *filia*, *filiam*, *vir*, *virum*, *filii*, *filios*, *filiae*, *filias*, *viri*, *viros*.

Filius: Nominativo, vocativo, singular, masculino: hijo

Filium: acusativo, singular, masculino: hijo

Filia: nominativo, vicativo y ablativo, singular, femenino: hija

Filiam: acusativo, singular, femenino: hija

Vir: nominativo, vocativo, singular, masculino: esposo, hombre

Virum: acusativo, singular, masculino: esposo, hombre

Filii: nominativo y vocativo masculino plural: hijo

genitivo, masculino, singular.

Filios: acusativo, masculino, singular

Viri: nominativo y vocativo masculino plural: hombre, esposo

genitivo, masculino, singular.

Viros: acusativo, masculino, singular: hombre, esposo

8. Escriba las siguientes frases en plural:

8.1. *Filia iam non ridet, sed plorat*.

Filiae iam non rident, sed plorant

8.2. *Improbus est, quia puellam parvam suam pulsat*.

Improbi sunt, quia puellas parvas suas pulsant.

8.3. *Puer bene non cantat, sed male cantat*.

Pueri bene non cantant, sed male cantant

8.4. *Puerum verberat quia improbus est*.

Pueros verberant quia improbi sunt.

9. Escriba las siguientes frases en singular:

9.1. *Laetae estis.*

Laeta es

9.2. *Feminae viros suos non vident.*

Femina virum suum non videt

9.3. *Pueri non improbi, sed probi sunt*.

Puer non improbus, sed probus est

9.4. *Viri cantant et rident*.

Vir cantat et ridet

10. Rellene el hueco con la palabra que falta:

10.1. __*Cur/Quando*___ *Marcus Iuliam verberat?*

10.2. *Filia* __*tristis/irata*___ *non est, sed laeta*.

10.3. _Quem_____ *Aemilia non audit? Virum suum*.

10.4. *Cur filia plorat?* __*Quia*____ *Marcus eam* __*pulsat*____.

10.5. *Mater* _*filium*______ *suum pulsat et* __*verberat*______, *quia* _*laeta*_____ *non est*.

10.6. *Liberos meos amo et* __*diligo*_____.

10.7. *Fratres maiores* __*natu*__ *sunt* _*quam*__ *sorores*.